



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1541. usque ad annum 1546

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1770

VD18 90118510

§. 20. Calvinii epistola ad Navarræ Reginam.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66615](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66615)

Sæcul. XVI. etiam proditor Judas æque ore fumant
A.C. 1545. ac D. Petrus, ceterique probi fideles.
 Hisce calumniis confidebat, quod tan-
 dem finem imposuisset scandalosis inter-
 pretationibus Sacramentariorum, qui
 omnia ad suum sensum detorquebant.
 Denique declarabat Lutherus, quod om-
 nes pro fanaticis haberet, qui postre-
 mæ fidei suæ confessioni subscribere re-
 nuerent.

§. XX.

*Calvini epistola ad Navarrae Re-
 ginam.*

*Theod. Beza
 in vita Calv.
 hoc ann.
 Inter epist.
 Calv. ep. 62.*

Haud moderatori calamo utebatur
 Calvinus contra duos virtutis, pie-
 tatisque simulatores, qui re tamen ipsa
 nil nisi perditum ac dissolutum homines sub
 disciplinæ sanctioris specie sese in Na-
 varrensis Reginae amicitiam insinuabant,
 eamque fanaticis suis deliriis fascinabant.
 Verum forte ambo hi simulatores qua-
 dam scribendi ratione magis moderata,
 nec non argumentis magis solidis sui
 erroris convinci, ipsa vero Regina ad
 veritatis semitam reduci potuisset: at
 Calvini ferocitas neminem magis doci-
 lem reddiderat, Regiam vero magis
 magisque exasperaverat, quapropter per
 alios adversus eum quæstas, ipsamet lite-
 ras ad illum perscripsit, in quibus ad-
 versarii sui vehementiæ, ac effrenato
 fu-

furori ferme nil nisi animi lenitatem, Sæcul. XVI.
A.C. 1545.
 verborumque moderationem opposuit, suamque sentiendi rationem vindicare fategit, declarans, quod ambos hosce Viros, qui tantopere atram Calvini bilem commoverant, jure merito sua benevolentia fuerit dignata. Verum Regina in sua sese fefellit opinione, ignara, quod duo hi adulterini Doctores nil nisi impii essent pietatis simulatores. Data est hæc Reginæ epistola die vigesima Aprilis anno post Christum natum millesimo quingentesimo quadragesimo quinto.

§. XXI.

Initia spuria Reformationis in Gallis.

Interea Calvini Sectatores, quamvis Beza l. 2.
p. 99.
 occulti delitescerent, sedulo tamen per universam Franciam suos errores disseminabant, ac nonnullos ad sua studia pertrahebant, quin imo hoc anno Parisiis quamdam quasi Ecclesiam, quæ progressu temporis excreverat, congregare incipiebant; quippe Nobilis quidam Cenomanensis, nomine Ferrierus, quamvis incitiam neminem sibi parem haberet, novas tamen opiniones scientiæ loco tam immodico studio prosequabatur, ut relicta patria sua Parisios sese reciperet, spe concepta, quod ibidem